



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Capitvlvm XXX. Cùm non deceat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

CAPITVLVM XXX.

Cùm non deceat.

PARAPHRASIS.

Personæ ecclesiasticæ, quæ iuxta c. cupientes, 16. s. Ad hæc, hoc lib. & tit. pro informando Pontifice, super negotio electio-nis Romam mittendi, interim dum causâ ecclesiæ abesse coguntur, fructus benefi-ciorum suorum, exceptis quotidianis di-stributionibus, quæ præsentibus tantum dari solent, integros percipere debent, si-cui si præsentes absent. Idque idcirco, quod nou debeat alicui officium suum danno-sum esse.

SUMMARIUM.

1. *Qui propter ecclesia utilitatem absens est à loco beneficij, fructus integros interea percipere debet, exceptis distributionibus.*
2. *Idem est de electo, dum electus electionis sua prosequenda, & confirmationis petenda causâ abesse cogitur.*

NO TANDVM Vn. Qui propter ecclesia utilitatem absens est à loco beneficij, fructus integros, exceptis quotidianis distributionibus, interim percipere debet. Quia de re dixi lib. 4. tr. 2. c. 7. q. 2.

Dubitatur hic apud Ioan. Andr. vtrum etiam electus interim, dum electionis sua prosequenda, & confirmationis petenda causa abesse cogitur, redditus beneficiorum, exceptis distributionibus, accipere possit? Responsio debet esse affirmativa, si electus ex quacunq; necessitate compulsus ad Pon-tificem, aliumus Confirmatorem se conferre, causam electionis obtineat: quia causâ ecclie abfuisse censemur. Quamvis autem de electo nulla hic mentio facta sit, sed tantum de duobus electoribus, qui instructi in ne-gotio electionis Romam mittendi sint, tam-en responsio huius c. non debet restringi ad huc tantum casum, sed ad omnem alium, in quo ecclie utilitas principaliter specta-

tur. Cæterum si beneficiatus diutius abfuit, quam propter ecclesiæ utilitatem abesse co-gatur, secundum proportionem eius tem-po-ris, in quo residere & officium præstare de-buisset, fructus ei subtrahi possunt, vti hic Gl. notat, ver. hac de causa.

Sed nec illud speciale esse videtur, quod in fine huius c. legimus, non obstante quæcunque consuetudine, statuto, aut priuilegio, fructus beneficij retineri posse ab ijs, qui Romanam se conferunt, vt informationem de electione, postulatione, aut prouisione ad prælaturam. Nam consuetudo, vel statutum, præualere non potest, si ecclesiæ damnum sit: talis autem consuetudo, vel statutum in ecclie damnum cederet: quandoquidem Ecclesiastici compelli facile non possent, vt ecclie negotia gesturi discederent, si tempore absentie beneficiorum fru-ctibus carere deberent. Igitur talis consue-tudo, seu statutum irrationabile iudicari debet.

CAPITVLUM XXXI.

Ab eo.

SUMMARIUM.

Qui opponit evidentem defectum scientie morum, natalium contra promouendum, panisere non potest, etiam si promou-dus consentiat.

TItius inter cætera obiecit electo, postu-lato, aut aliter promouendo manifestu defectum, v. g. scientie, morum, natalium; postea recedere vult, seu reuocare obiectum, vel sicutem qualitatem eius, quod dixerat esse defectum manifestum; Quæritur, vtrum id ipsi permitterendum sit? Respondebat Bonifacius VIII. Nequaquam: Cùm enim opponens, si in probatione defectus manifesti (super quo statim initio audiendus est) deficiat, a prosecutione causæ omnino repelli debat, perinde ac si in omnium obiectorum defi-cisset, iuxta c. si forte, 11. hoc lib. & tit. ita-cum appareret in præiudicium electi id cellu-rum,